

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75**

**Cartier, Jean-Baptiste**

**[S.l.], 1733**

Reflexio

[urn:nbn:de:bsz:31-108631](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108631)

vinum quippe largiori sumptu  
 abundantia, praterquam quod  
 maiores adhuc in corpore generet  
 calores, insuper etiam caput pra-  
 vis replet humoribus illudq; pra-  
 nimia eorum densitate, ita ob-  
 scurebrat, et obtundit ut vim in-  
 dicandi, quandoq; amississe videatur.  
 Sed haec magis ad Medicos per-  
 tinent unde, ut iam diximus, ex  
 Theologia ad scholas Medicorum  
 ableganda sunt.

### Reflexio

Considerare iam nos Libeat, quam  
 suaviter et amoroſe pietiſſimus  
 Dominus cum electis ſuis cuncta  
 disponat, dum quod plurimum ſibi  
 nocere pleriq; eorum conscientia  
 ſerupulis ac mentis anguſtiis preſ-  
 ſi arbitrantur, ille ad ſumma  
 eorum utilitatem inflectit,  
 quatenus enim ipſi multorum ſe  
 criminum reos exiſtiment, tamen  
 coram Deo veri magniq; martijres  
 ſunt, ut ait Henricus ſuſo apud  
 ſape laudatu Blos. de conſol.  
 puſill. Negari enim non poteſt,  
 quin longe intolerabilius ſit hu-  
 niſmodi perpetuam mentis afflic-  
 tione ac conscientia carnificina  
 diſcruciari, quam uno carnificis  
 ictu vitam amittere. Sed con-  
 ſolamini popule meus, confortami-  
 ni puſillanimes, quia ego Deus ves-  
 ter ita alloquitur Dominus quem  
 libet puſillanimes ac ſerupuloſam

animā per Isaiam Prophetā. Isai. 55.  
nec non etiā per Prophetā Ezechielē in hęc ver-  
bas Et scietis, quia ego Dominus cum  
bene fecero vobis propter nomen  
meum Ezechiel. 20. Sustine itaq;  
modicum, o anima scrupulosa, fa-  
ciēt enim Deus cum tentatione pro-  
ventum; scito, nil ita fixum esse  
animo, quod successu temporis non  
obsolescat, modā patientiā ac  
Longanimitatis virtutem non amit-  
tamus, humiliemusq; animas nostras  
sub manu Dei potenti. 1. Pet. 5.  
Nam alioquin recalcitrando, ac re-  
luctando nihil proficimus, siue  
enim uelimus, siue nolimus, oportet,  
ut sustineamus.

Apposite memoratus Henricus  
Suso ut loquor: in hęc excussit  
verba: "contingit, inquit, nonnullis,  
" sicut alicui iuueni, et indomito equo  
" qui vehiculō adstrictus, dum ex ni-  
" mia fatigatione et lucta perpe-  
" tua maceratur, nec evadendi consi-  
" lium inuenit, animō demissō mo-  
" destius sese habere incipit. ita  
" et isti scrupulosi: quamdiu sui  
" aduersitatibus reluctantur, et se  
" necdum ex toto divina volunta-  
" ti ad sustinendum æquanimiter  
" pro amore ipsius omnem aduer-  
" sitatem resignarunt, satis gra-  
" viter affliguntur, tamen eas sus-  
" tinere oportet, donec misericors Deus

76  
» ipsorum laborem et patientiam  
» consideret, qui etiam novit  
» quando eis ab huiusmodi expe-  
» ditat liberari. Et ideo nil ita  
» necessarium est, quam se humi-  
» liter ad ipsas afflictiones /: cons-  
» cientia remorsus, mentis anxietate  
» /: sustinendas resignare et  
» offerre, quamdiu Domino pla-  
» cuerit, eiusq; patienter auxilia  
» implorare. Hactenus ille

Quod si tamen illud nimium  
differre tibi videatur, ac prop-  
terea scrupulositas tua in nimiam  
pusillanimitatem fractiq; animi  
deiectionem ac inertiam degene-  
rare incipiat, Scis, quia sic i-  
to subvertetur domus tua, et  
in magnum te conicie, eterna per-  
ditionis periculum. Quapropter  
noli amittere confidentiam, qua  
magnam habet remunerationem,  
sentito de Domino in bonitate,  
et in simplicitate tua quare  
illum; ueniens, quippe ueniet  
et non tardabit, quando nempe  
saluti tuae congruum esse nouerit.  
Ideo te totum Deo committe,  
et agnosce, quod te ipsum munda-  
re, ac sanare nequeas, sed in  
omnibus Dei misericordiam egeas;  
noli tranquillitatem conscientiae  
ex repetitis confessionibus, sed  
potius ex Dei miserationibus pe-  
tere; ha enim sunt, quibus ius-  
tificaberis, ac pacem quietemq; cor:

dis nancisceris. Senties procul  
dubio longè uberiores fructus,  
si quomodo deo placeas, ei te  
resignes, cumq; diligas, studio-  
se curas, quam v.g. si ea, quæ  
forte iam confessus es, denuo con-  
fitearis, aut pro obiecto cogi-  
tationum tuarum tibi peccata  
tua, aut, quæ tibi videntur pecca-  
ta, ponas; nam dum sic in ser-  
pulos putans eosdem exhausti-  
re inquiris, novos tibi semper  
generas, et parturis: Relicta igitur  
peccatorum aut scrupulorum  
imaginatione, magnâ cum fidu-  
ciâ ad Deum convertere, cum  
eo de peccatis, de infirmitati-  
bus, de defectibus tuis pertracta,  
inde fiet, ut defectuum tuo-  
rum accusatio in orationem con-  
vertatur, et conscientia tua ser-  
ena, pacata, ac munda efficiatur.

### Caput 9vum

#### De conscientia bona et mala.

Quamquam interdum in decursu  
huius tractatus præsertim c. 2.  
tum de bona tum de mala cons-  
cientia quædam ~~specialiter~~ per-  
tractata fuerint; ordo tamen  
huius dissertationis exigere  
videbatur, ut hic specialius ac or-